

3101

## LITURGICI.

3102

*Antiphonas et Sacrum de B. V.* complexi occupant. In *Sacro Hymnus angelicus Gloria in excelsis &c.* ita in laudem Deiparae interpolatus est, ut exhibet *Card. Job. Bona Rer. Liturg. L. II. C. 4. n. 6.*

## DCCCLXVII.

337 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 36. f. luculente exa-

*Oramus domine conditor inclite  
Deutos famulos respice protege  
Ne nos liuor edax demonis obruat  
Demergat uel in inferos &c.*

III. *Missam de Venerabili Sacramento.* IV. *Exequias mortuorum que fiunt finita missa ad sepeliendum funus.* Omnia haec modulis *Musicis adstricta.*

## DCCCLXVIII.

338 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 38. f. eodem modo, ut superior, exaratus eadem quoque continet. Accedunt tamen in fine *Inicia quatuor ewangelistarum*, hoc ordine: *Jobannis. Statio ad orientem. Lucae. Statio ad meridiem. Matthaei. Statio ad occidentem. Marci. Statio ad aquilonem.* Atque haec Anno 1506. *adscripta sunt.*

## DCCCLXIX.

665 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 36. 4. ita in Fronte inscriptus est: *Hystorie Patronorum terre Bobemie. I. De vidu-*

ratus *Liturgicus* est continens: I. *Matutinum et laudes pro Defunctis*, ubi *Leſtio IX.* non e *L. Job*, ut hodie, sumta est, sed e *I. ad Corinth. C. 15.* Sicut portauimus *ymaginem terreni &c.* II. *Missam pro Defunctis*, in qua *sub eleuatione* cantatur *ymnus* qui incipit:

*is. 2. De Sancta Ludmilla. 3. De eius translacione. 4. De Sancto Adalberto episcopo et martire. 5. De Sancto Sigismundo Rege et martire. 6. De Quinque fratribus martiribus. 7. De Sancto Wenczeslao martire. 8. De eius translatione. 9. De Sancto Procopio confessore. 10. De Sanctis Cirillo et Methudio confessoribus. 11. De Sancto Stanislao martire et episcopo. De Sancta Hedwige Oratio cum Historia. De Sancto Longino Martire. His subditur: Scripte per fratrem Matheum Lectorem Theologie Sacre prage Anno 1522. existente scilicet ludobico rege prage et sua Regina Maria (Maximiliani I. Imp. Nepte) perinclita. Que illo anno coronata fuit dominica post ascensionis domini, Me uero (quod aequae notandum) laborante podagra grauiter. Laus deo. Item: Pro Valetate ab eodem Lectore patri Reuerendo priori donato brencz eiusdem ordinis in praga dimissus, videli-*